DECRETVM

SACRAE RITVVM CONGREGATIONIS

de non Ieiunando in Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ quando contingit in die Solemnitatis Corporis Chriſti.

Die xxiiij. Septembris 1638.

CVM anno proxime venturo 1639. Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ incidat in diem Solemnitatis Corporis Chriſti. Fuit à pluribus locorum Ordinarijs ſupplicantum Sanctiſſimo pro declaratione, quid agendum de Ieiunio eo die præſcripto. Et ſupplicatione per Sanctitatem Suam ad Sacram Rituum Congregationem remiſſa. Eadem S. Congregatio re maturè diſcuſſa Cenſuit. Non eſſe ieiunandum, neque abſtinendum à Carnibus in feſto Solemnitatis Corporis Chriſti. Sed anticipandum ieiunium die antecedenti, nempe feria quarta, prout ieiunaretur in ipſa Vigilia; Et videri eidem S. Congregationi quod Sanctitas Sua, ſi ita Placuerit, præciperet ſuper hoc expediri Breue pro perpetuis futuris temporibus, quando idem caſus contigerit: Et facta per me Secretarium relatione de præmiſſis Sanctitati Suæ, Sanctitas Sua ſententiam Sacræ Congregationis laudauit, & Breue pro toto Orbe expediri mandauit, prout expeditum fuit, Tenoris, vt infra.

C. Epiſc. Portueñ Card. Pius.

Loco ✠ ſigilli.

Iul. Cincius Secr.

VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM euenire quandoque poſſit, vt Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ in diem feſtum Solemnitatis Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri IESV CHRISTI incidat. Nos attendentes diem feſtum huiuſmodi, quò tanti Sacramenti inſtitutio, ſummâ totius populi Chriſtiani lætitia recolitur, è principalibus anni feſtiuitatibus exiſtere, propterea de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorũ conſilio deinceps perpetuis futuris temporibus quoties Vigiliam prędictam in dictum diem feſtum Solemnitatis Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri IESV CHRISTI incidere contigerit, non eſſe ieiunandum, neque à carnibus abſtinendum in die feſto huiuſmodi, ſed anticipandum ieiunium die immediatè antecedenti, nempè feria quarta, prout ieiunaretur in ipſa Vigilia, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xiij. Octobris MDCXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

M. A. Maraldus.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ. MDCXXXVIII.

D

SACRAE
de non Ieiu

VM
dier
plic
ſeri
gat
ieiunandum, n
anticipandum
Vigilia; Et vie
peret ſuper hoc
contigerit: Et f
tas Sua ſententi
mandauit, prou

C. Epiſc. Por

V R B

A D

V M euen
nitatis Sa
tes diem
Chriſtian
Venerabi
deinceps perpe
Solemnitatis Sanctiſſim
ieiunandum, neque à ca
quę immediatè antecede
authoritate tenore præſent
quibuſcumque. Volum
rum publici ſubſcriptis,
poſſus fides vbique adh
Dat. Romæ apud S. Ma
Pontificatus Noſtri Ann

ROMAE, E

Corporis Christi.

Die xxiiij. Septembris 1638.

CVM anno proxime venturo 1639. Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ incidat in diem Solemnitatis Corporis Chriſti. Fuit à pluribus locorum Ordinarijs ſupplicantum Sanctiſſimo pro declaratione, quid agendum de Ieiunio eo die præſcripto. Et ſupplicatione per Sanctitatem Suam ad Sacram Rituum Congregationem remiſſa. Eadem S. Congregatio re maturè diſcuſſa Cenſuit. Non eſſe ieiunandum, neque abſtinendum à Carnibus in feſto Solemnitatis Corporis Chriſti. Sed anticipandum ieiunium die antecedenti, nempe feria quarta, prout ieiunaretur in ipſa Vigilia; Et videri eidem S. Congregationi quod Sanctitas Sua, ſi ita Placuerit, præciperet ſuper hoc expediri Breue pro perpetuis futuris temporibus, quando idem caſus contigerit: Et facta per me Secretarium relatione de præmiſſis Sanctitati Suæ, Sanctitas Sua ſententiam Sacræ Congregationis laudauit, & Breue pro toto Orbe expediri mandauit, prout expeditum fuit, Tenoris, vt infra.

C. Epiſc. Portueñ Card. Pius.

Loco ✱ ſigilli.

Iul. Cincius Secr.

VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM euenire quandoque poſſit, vt Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ in diem feſtum Solemnitatis Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri IESV CHRISTI incidat. Nos attendentes diem feſtum huiuſmodi, quò tanti Sacramenti inſtitutio, ſummâ totius populi Chriſtiani lætitia recolitur, è principalibus anni feſtiuitatibus exiſtere, propterea de Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorũ conſilio deinceps perpetuis futuris temporibus quoties Vigiliam prędictam in dictum diem feſtum Solemnitatis Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri IESV CHRISTI incidere contigerit, non eſſe ieiunandum, neque à carnibus abſtinendum in die feſto huiuſmodi, ſed anticipandum ieiunium die immediatè antecedenti, nempè feria quarta, prout ieiunaretur in ipſa Vigilia, Apoſtolica au-ctoritate tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius No-tarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xiij. Octobris MDCXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

M. A. Maraldus.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ. M DC XXXVIII.

NAPOLI



D

SACRAE
de non Ieiu

VM
dier
plic
ſers
gau

ieiunandum, n
anticipandum
Vigilia; Et vi
peret ſuper hoc
contigerit: Et ſ
tas Sua ſententi
mandauit, prou

C. Epiſc. Por

VRB

AD

VM euer
nitatis Sa
tes diem
Chriſtian
Venerabi
o deinceps perpe
ſolemnitatis Sanctiſſim
ieiunandum, neque à c
te immediatè antecede
authoritate tenore præſent
quibuſcumque. Volum
tam publica ſubſcriptis,
quibus fides vbique adh
Dat. Romæ apud S. Ma
Pontificatus Noſtri Ann

ROMAE, E

Google